

Dominus Castri Jureñ alias Myroaz cōcedit omnib⁹ habitū ⁊ tonsuram Cisterciēñ ordinis habentib⁹ liberū transitum per omnē terram suam p̄ ipsīs et rebus eorum absq̄ pedagio ⁊ exactione.

Ego Henricus dominus castri Jureñsis qđ alio nomine dicitur Myroaz laude ⁊ assensu Amaldrici ⁊ Hugonis filiorū meorū concedo imppetuum liberum trāsītū per omnē terram meā omnibus qui habitū ⁊ tōsuram Cisterciēñ ordinis habuerint tam sibi q̄ vecturis ⁊ rebus suis absq̄ pedagio ⁊ absq̄ vlla exactione p̄ remedio anime mee ⁊ antecessorum meorū in testimoniu huius cōcessionis presenti pagine sigillū meum appo sui. Actū anno dñi M. cc. xxvij.

Dominus de Melin dat vniuersis ecclesijs Cisterciēñ ordinis pedagiū quod habet apud melin ⁊ in tota terra sua de omnibus rebus quas duxerint vel portauerint ⁊ occasione eius fecerunt eum participem omniū bonorum que fiunt in domibus eorum.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi qđ ego Gossuinus miles de Melin assensu Elisille vxoris mee ob peccatorū nostrorū ⁊ antecessorū nostrorū remediū assequendū in perpetuā contuli elemosynā vniuersis ecclesijs Cisterciēñ ordinis pedagiū qđ habeo apud Melin ⁊ in tota terra mea de omnibus reb⁹ quas duxerint vel portauerint p̄ prijs vecturis siue cōducticijs in vsus p̄ prios expendendis / ipsi vero his bñficijs

non ingrati nobis omnium bonorum que in domibus suis faciunt et de cetero sicut participium concesserunt/in cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione duximus roborandum. Actum anno domini **M**.cc. xxiiij.

Comes Maurian accipit in sua custodia fratres Cisterciensium intrantes in terram suam.

Thomas comes Maurian et in Italia March omnibus castellanis et ministris ceterisque fidelibus suis ad quos presentes littere pervenerint Salutem et omne bonum. Noveritis quod nos accepimus in nostram custodiam fratres Cisterciensium qui veniunt ad emendos pices in terram nostram rationem faciendo et accipiendo unde vobis precipimus ut ipsos et eorum res ab omni homine defendatis. Actum in villanova Anno gratie. Milleesimo ducentesimo decimonono kl. Januarij.

Alij innumerabiles inclitissimi tam Aragonum/Castelle/Hauarre//Portugallie/que reliqui orbis reges/duces/comites/principes/barones milites/potentes communitates/et etiam plures archiepiscopi/episcopi/et presules vicarium christi/apostolorum successores amplissimos fauores/privilegia/libertates/gratias/commoditates Cistercio ordinis Cisterciensium intuitu sanctimonie et devotionis eorum contulerunt/quas si magis in speciali declarare vellemus/tedium forte multis afferemus.

Brevis quorundam sanctorum ac beatorum enumeratio ex amplissimo eorum numero qui sub huius sacri Cisterciensium ordinis habitu et observantia altissimo pure famulando ob probatam vite sanctimoniam predicantur et evidentem miraculorum ostensionem/feliciter cum eo regnare creduntur/a libro qui exordium Cistercij dicitur/a vita et operibus beati Bernardi/a multis sanctorum historiis et tractatibus et ab nostris itinerariis/in diversa ordinis monasteria per varias mundi regiones illustrando